



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. X. Ad quem pertineat periculum rei venditæ, ad venditorem, an ad emptorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. X.

Ad quem pertineat periculum rei vendita, ad venditorem, an ad emptorem?

sive non, cum naturaliter hujus evictionis à venditore præstandæ obligatio, contractui huic inesse videatur, si pro re, quæ tradita quidem jam fuit, hæc & nunc tamen evicta fuit, pretium jam fuit solutum; quod si tamen emptor, post institutum contra se judicium, non denuntiet venditori (saltem ante conclusionem in causa) licet sibi de re, à venditore sibi vendita, ac tradita, moram, ut causam defendere possit, cum hujus vel maxime interest, rem hanc non evinci, & sic merito scire præsumatur, quibus probationibus, contra evincere tentantem, agendum sit, non tenebitur de evictione præstanda venditor, cum cui, am rei evictæ in tali casu emptor sibi adscribere debeat, quod venditorem de periculo evictionis non monuerit, nisi per venditorem steterit, quo minus lis ei mora denuntietur; aut per pactum expressè reniserit emptori venditor denuntiandi obligationem, si tamè contra emptorem sententia condemnatoria lata fuerit, quia tempore sententiæ contumaciter à judicio se absentavit, aut per injuriam iudicis, errorem, aut imperitiam, res evicta fuerit, non tenetur venditor de evictione, cum in his casibus rem emptam amiserit emptor, non propter evictionem, quam præstare tenetur venditor, sed propter suam contumaciam, aut iudicis imperitiam, prout habetur ex cap. Si venditori 7. h. t. Plures adhuc enumerant casus Civilitæ, in quibus de evictione non tenetur venditor, quos vide.

SI res vendita pereat, vel deterior fiat post traditionem, id sit damno emptoris, etiam si nondum sit pretium solutum, modò de eo fides habita fuerit; res enim, cujus per traditionem Dominus factus est emptor, Domino suo perit; pari modo, si res, & quidem certa, ac determinata in individuo, absolute & purè vendita, sine culpa, aut mora culpabili venditoris, casu fortuito pereat ante traditionem, damno emptoris perit, etiam si dominium nondum fuerit in illum translatum, ita ut non obstante rei emptæ interitu, totum tamen pretium venditori solvere teneatur emptor, si fortè nondum solvit, ut constat ex §. Cum autem. junctâ Glossâ Instit. h. t. & pluribus aliis juribus. Quamvis enim emptor ante factam sibi rei emptæ traditionem, verus illius Dominus non sit, cum dominia traditionibus transferantur, sicuti tamen jurisdictione ejusdem rei Dominus ad commoda, & fructus censetur, ita etiam ad incommoda, & casus fortuitos juxta reg. 15. Juris ff. Is qui actionem. & plura alia jura. Si verò res vendita sit, non purè & absolute, sed sub conditione, pendente tamen conditione res talis perit, perit damno venditoris, etsi pretium pro ea re solutum jam fuisset, quod in tali casu emptori restituere teneretur venditor, quia ante impletam conditionem, non est perfe-

ta

Et a venditio, & rei venditæ interitu contractus dissolvitur; plures adhuc casus recensent Civilistæ, in quibus periculum

rei venditæ, ante traditionem ad venditorem pertinet, quos vide

TITVLVS XVIII.

DE LOCATO ET CONDUCTO.

SECTIO I

§. II.

De contractu locationis, & conductionis.

§. I.

Quid sit locatio, & conductio?

Locatio & conductio est contractus, quo persona, vel res aliqua, alteri utenda, vel fruenda pro certo pretio, siue mercede conceditur; ita ut locator dicatur, qui rem utendam tradit, & mercedem accipit; conductor vero, qui rem utendam accipit, & mercedem solvit, & ab aliis contractibus differat, quod per locationem strictè dictam non rei dominium, nec tantum rei custodia, aut res servanda tantum, sed usus rei licitus transferatur, & quidem pro pretio, aut mercede in pecunia solvenda, cum alii contractus aliqui gratis hoc præstent, vel pro re alia, prout faciunt contractus innominati, do ut des, &c.

§(o)§

An locator rei frugifera remanere remittere de pensione, seu mercede tantum ob sterilitatem, hostium incursionem, vel alium casum fortuitum, sine culpa conductoris obvenientem?

Si damnum casu fortuito illatum tantum tantum sit, nihil coloris conductori de pensione remittenda, ut constat ex *L. Si merces 25. §. Pro major ff. h. t.* Si vero damnum casu fortuito, sterilitate v. g. aut aliâ clade extrinseca adveniente, datum, notabile & magnum sit, pro rata secundum proportionem damni illati, remittenda est pensio, ut nonnunquam tota remittenda sit, nihil fructuum ex re conducta habentem nonnunquam pars illius remittenda sit, si damnum acceptum, dimidium, si excedat, vel juxta prudentium iudicium notabile videatur *cap. Propter sterilitatem 3. h. t.* quod si tamen unius anni damnum ex præcedentibus, aut subsequentiæ annorum ubertate compensetur, nihil de pensione remittendum; et non potest, quod remissum fuit, præter colligunt *A. A. ex cap. cit. Propter sterilitatem*; quæ tamen intelligenda sunt